Nro 1760.

CURRENDA VII.

A. D. 1856.

Nr. 1256.

Grates pro collectionibus rependuntur et novae impetrantur.

Vener. Commissariatus Gen. locorum sanct. Litteris Viennæ de 2. Maji a. c. Benefactoribus pro collatis donis gratias summas agit, nec non ipsos de precibus fervidis Vindobonæ et ad Sepulcrum Xti fundendis certiores reddit. Collectiones pro a. c. jam institutæ, 70 Rh. C. M. efficientes debentur 1. Urbi Tarnoviæ in 14 Rh. 58 xr. et 2. Decanatibus 8 videlicet: Mielec. 6 Rh. Pilsn. 7 Rh. 12 xr. Radomyśl. 5 Rh. 5 xr. Wielic. 4 Rh. 49 xr. Wojnic. 7 Rh. 30 xr. Łącen. 5 Rh. Skavin. 4 Rh. 30 xr. Żywiec 14 Rh. 56 xr. De quo Ven. Clerum informantes obtestamur iterum in Dno, quatenus Benefactores nomine Nostro collandantes ad novas contributiones pias pro anno fut. excitet; Condecanales vero reliquorum Decanatuum, e quibus nullæ adhuc quotæ influxerant, nomine Salvatoris Nostri, ad submittendas pias in eundem finem quotas requirimus.

Nr. 1485.

C. R. Financ. Procuratura Cracoviae constituitur.

Sua C. R. Apostolica Majestas altissima Resolutione de 21. Maji 1856. juxta Intimationem A. C. R. Ministerium Financ. de 28. Maji a. c. N. 88. Financiar. Procuraturam Cracoviæ in locum C. R. Exposituræ creare dignata est, quod Venerabili Clero pro notitia directioneve hisce panditur.

Nr. 1543.

Nr. 84. Rozporządzenie Ministerstw Spraw Wewnętrznych, Wyznań i Finansów, tudzież Nadkomendy Wojskowej z 8. Maja 1856.

dotyczące się uwolnienia pomieszkań Duchowieństwa od kwaterunku wojskowego, wyjęte z Dziennika Praw Państwa, Cz. XXI. Nr. 79 wyd. 14. Maja 1856.

„Najwyższem Postanowieniem z dnia 5. Maja 1856 r. raczył Jego C. K. Apostolska Mość Najłaskawiej zarządzić, ażeby uwolnienie od kwaterunku wojska, w ósmym ustępie §fu 21 przepisu o kwaterunku wojska z dnia 15. Maja 1851 przyznane niektórym lokalnościom duszny pasterzy i duchowieństwa wyższego wszelkich wyznań religijnych w Państwie uznanych, z dniem obwieszczenia niniejszego Rozrządzenia rozciągionem zostało na całe pomieszkanie wraz z przynależytościami, wyjąwszy ten przypadek, gdy pomieszczonym być ma wojskowy duchowny tegoż samego wyznania religijnego co pasterz dusz, w kwestyi będący, lub wyższy duchowny. Owe uwolnienie od kwaterunku wojska nie ma zatem zastósowania do budynków posiadaczy prebend duchownych, dobrami uposażonych, jeżeli budynki rzeczone nie służą do pomieszkania duchownego posiadacza prebendy.“

To najwyższe Rozporządzenie jako dodatek do ustępu 8. §. 21. do L. K. 2139 z r. 1851 w Kurrendzie X. L. 2424 umieszczonego do przyjemnej podajemy wiadomości.

Nr. 1693.

Praenumeratio historiae Esiae Austriacae publicatur.

Expeditio historiæ Esiæ Cathol. in Austria, Viennæ m. Jun. a. c. Nobis submisit **Prospectum** historiæ Esiæ Cathol. Austr. a tempore Reformationis usque ad consummationem Conferentiarum Eppalium Vindobonæ a. c. a Dre Herm. **Meyrert** elucubratæ, quæ via prænumerationis apperta usq. ad 31. Jul. a. c. in 15. partibus (Lieferungen) quælibet erga 28 xr. C. M. pro provinciis, seu 6 Rh. C. M. pro toto opere prodibit... cum requisitione adæquata.

Prospectus inter alia pro hujus operis commendatione hæc profert: Ruhig, leidenschaftlos und wahr, wird ein solches Geschichtswerk die Wege zeigen, welche die katholische Kirche, ein treuer Pilger, unter dem Schutze der Vorsehung gewandelt ist; es wird die Kräfte wägen, die gegen den Felsen Petri sich erhoben, ohne ihn erschütteru zu können; es wird die Zuversicht der Bekenner steigern; Jenen, welche der Kirche fern stehen, wenigstens Ehrerbietung für dieselbe abnöthigen; Irrthümer und Vorurtheile durch geschichtliche Beweiskraft berichtigen, grundsätzlichen Feinden aber ein Bild der Umtriebe entgegenhalten, die seit länger als drei Jahrhunderten auf Trennung hingearbeitet haben und welche eine partheiische Geschichtschreibung so gut zu beschönigen oder zu verschweigen wußte.

Dem Verfasser stehen zahlreiche, bisher unbenutzte handschriftliche Quellen zu Gebote, und schon in dieser Hinsicht dürfte sein Werk eine wesentliche Bereicherung der Kirchengeschichte ausmachen.

P. T. Fautores rei litterariæ Cultoresque scientiarum lubenter occasionem hujusmodi arripient, Librarios vicinos ob prænumerationem quæst. salutaturi.

Nr. 1726.

Collectio pro aedificanda Bernae Esia Catholica commendatur.

Sua Sac. Majestas Altissima Resolutione de 20 April. a. c. collectionem pro exstruenda Bernæ in Helvetia Esia Cathol. in toto Imperio instituere clementissime concedere dignata est, quod Exc. C. R. Provinc. Regimen Cracov. de 25. Jun. a. c. N. 13683 in consequentiam Rescripti A. Ministerii Cultus et æducationis de 6. Maji a. c. N. 6952|2059 Consistorio hujati cum eo apperuit, quatenus Dilectissimi Diœcesani Nostri ad collectionem provocentur. His concitati appellamus denuo ad magnanimitatem Vestram pollicentes Nobis condignam messem ac subministrationem quotarum collectarum ad Consistorium Nostrum.

Nr. 1750.

Facultas conceditur applicandi indulgentias moribundis.

Ritualia Provincialia complectuntur *Modum juvandi morientes,* per exhortationem, actuum fidei, spei et charitatis excitationem, nec non precum ibidem contentarum recitationem. Hunc **Modum** alius in recentioribus sequitur: **Modus applicandi indulgentias moribundis,** ast per eos nonnisi Presbyteros, qui **facultatem** ad id ab **Ordinario loci** impetraverant. -- Quoniam innotuerat, paucos eadem esse provisos, ideoque morientes tanto

thesauro orbari; aut alios sine facultate, idcirco **illicite,** impertire indulgentias, hac circumstatia misericordiaque erga discedentes e sæculo ducti, cunctis per præsentes, qui Instrumento Jurisdictionis gaudent, ex parte Ordinariatus hujatis pro **tempore suae Gubernationis in hac Dioecesi** elargitur papalis facultas post Sacramenta moribundorum, applicandi indulgentias, quas Ritualia **absolutionem generalem** vocant, juxta formular in Ritualibus resp. impressum ac præscripta in eis contenta, quæ pro fortiori memoriæ impressione etiam hic ad perpendendum proponuntur. Hæc ita sonant: *Absolutio hæc generalis nonnisi post Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ et extremæ Unctionis impertienda est, idque iis, qui illam expetierunt, dum sana mente et integris sensibus erant, seu vero similiter eam petiissent, vel saltem dederunt signa contritionis, etiamsi postea sensibus destituantur aut in delirium, vel amentiam inciderunt. Impœnitentibus autem, et in manifesto morientibus peccato, omnino est deneganda. — Sacerdos itaque prædictam benedictionem impertiturus, ingrediendo cubiculum, ubi jacet infirmus, dicat:* Pax huic domui &c. *ac deinde more consveto ægrotum et cubiculum cum circumstantibus aspergat, recitando Antiphonam* Asperges me &c. *Quod si ægrotus voluerit confiteri, audiat illum et absolvat.*

Quodsi hæc omnia) infirmo administranda eodem tempore præstiterat; excitet illum ad eliciendum Actum contritionis; de hujus benedictionis efficacia ac virtute, si tempus ferat, breviter admoneat; tum iustruat, atque hortetur, ut morbi incommoda ac dolores in anteactæ vitæ expiationem libenter perferat; Deoque sese paratum offerat ad ultro acceptandum, quidquid ei placuerit, et mortem ipsam patienter obeundam in satisfactionem pœnarum, quas peccando promeruit. Tum piis ipsum verbis consoletur, in spem erigens, fore, ut ex divinæ munificentiæ largitate pœnarum remissionem, et vitam sit consecuturus æternam.*

In Schulsachen.

An sämmtliche S. D. Aufsichten.

Nr. 569.

Beförderung des Schulwesens wird anempfohlen.

Die hohe k. k. Landes-Regierung hat mit Erlaß vom 6. Juni 1856 Zahl 15412 eine erneuerte Weisung an alle Kreisbehördeu des Krakauer Regierungsbezirkes wegen Hebung des Volksschulwesens erlassen, und hiebei dieses bischöfliche Amt ersucht, die k. k. Kreisbehörden und Bezirksämter in der Lösung der ihnen neu übertragenen Aufgabe durch den Kuratklerus kräftigst unterstützen zu lassen.

Wir fordern daher Unsere Wohlerwürdige, für das Wohl der Jugend besorgte Seelsorgegeistlichkeit hiemit auf, unter Bezugnahme auf das in der Cnrrende V. ex 1855 Z. 404 in S. S. bereits Gesagte, die Regierungsorgane bei ihren ämtlichen Verhandlungen in Schulsachen durch Lehre und Beispiel kräftigst unterstützen zu wollen.

Vom bischöflichen Consistorio, Tarnow am 26. Juni 1856.

---

*) (ad quæ spectant quoq. illæ preces, quæ ad finem **Modi juvandi morientes** habentur in sermone latino et quæ moribundis in vernaculo propinandæ sunt.)

Continuatio de Crucibus in Cur. XI. 1851. Cur. VIII. 1853. Cur. I. V. VI. VIII. et XI. 1854 dein in Cur. I. III. IV. VII. et VIII. a. e. dillucidatis.

Quomodo crux cum Sanctissimo formanda.

Jam in VIII. Notif. ex a. 1850 adduximus modum benedicendi, a S. R. C. 21. Mart. 1676 approbatum; nimirum: cum sacerdos stans ante populum ostensorium ante pectus tenet, tum elevat illud decenti mora non supra caput, sed tantum usque ad oculos, et eodem modo illud demittit infra pectus, mox iterum recta linea illud tollit usque ad pectus, et exinde ad sinistrum humerum ducit et reducit ad dextrum, et versus ante pectus reducit, ibique aliquantulum sistit, quasi peracta ad omnes mundi partes Cruce, et Sacramentum venerandum etiam omnibus præbet, tum gyrum perficiens collocat Ostensorium super altari." Hic addimus 1. quod habet **Hoeflinger** pag. 92 **de alia benedictionis forma:** „Servari etiam potest alius modus, descriptus in Cœrem. Episc. lib. 2. cap. 33. ubi requiritur tantummodo, ut cum eodem Sacramento Celebrans producat signum Crucis S. R. C. 21. Mart. 1676 in Callen. Posterior iste modus in eo solum a priori differt, quod ducto Ostensorio ad latus dexterum, illud non amplius reducit ante pectus, sed illico super altari illud collocat, Sacerdote se statim vertente cum Sacramento ad cornu Evangelii, sicuti facit, quando dixit in missa: *Orate fratres!*

2. De **silentio** Celebrantis sub benedictione præter illam ad: *et benedic haereditati Tuae...* quæ pag. 462 in **Probst** leguntur: In benedicendo populum cum Smo Sacramento Celebrans nihil dicere, cantores et musici nihil quoq. canere interim debent, ad præscriptum Ritualis Romani et Cærem. Epp. non obstante quacumq. contraria consuetudine S. R. C. de 9. Feb. 1762.

3. Quæ Cl. **Amberger** de hac benedictione Tom. II. pag. 277 profert: Der Segen wird in Kreuzesform ertheilt; ein feierlicher Augenblick! Der Priester hält als wahrer Christophorus das Allerheiligste in den Händen, die Lichter flammen, die Orgeltöne wogen durch die Kirche, Weihrauchwolken steigen empor, die Gläubigen liegen auf den Knieen, alle Häupter neigen sich, in Anbethung verharren die Engel. Was ist aber dieser Segen anders als das erhabene Gebet der Kirche zu ihrem Bräutigam, er möge um seines Leidens und Sterbens, um seiner Liebe und Erbarmung, um seiner beständigen Gegenwart willen den Gläubigen verleihen, was zu ihrem Heile ist. Wahrhaftig! Reichlicher Segen strömmt vom Allerheiligsten in die empfänglichen Herzen, in die Herzen, die in Demuth und Sehnsucht, in Andacht und gläubigem Vertrauen harren. Der Priester wendet sich mit dem Allerheiligsten nach allen Seiten, allen Gläubigen zeigt er es zur Anbetung, auf Alle soll der Segen kommen. Der Erlöser strecket seine Arme aus nach allen Gegenden der Erde, um alle zu umfangen und in seinem Herzen zu umschließen, um alle zu versammeln unter dem Schutze seiner Flügel. Alle möchte er zur heiligen Schaar vereinigen, die mit entschlossenem Sinne in seine Fußstapfen trettend mit ihm zur Herrlichkeit einzieht. Es neigt sich das Haupt gegen die Glieder, inniger und enger soll das Band der Liebe sich knüpfen, lebendiger das Blut des Lebens den Leib durchströmen. So gehört der Segen mit dem Allerheiligsten zu den großartigsten Momenten im katholischen Kultus. Hievon gibt

ein Protestant begeistertes Zeugniß. „Einen göttlich ungeheuern Moment nenne ich es (man verzeihe mir den kühnen Ansdruck) wenn in der katholischen Kirche das Hochwürdige in der Monstranz von dem Priester zur Anbetung dargestellt wird. Das heilige Drei, die Gottheit in eigener Person, Erlösung, Heiligung, ewiges Leben, die Schrecken und Freuden der Ewigkeit. Alles schaut der Gläubige in diesem Einem großen Moment; sein Körper, sein Geist, sind nicht mehr auf Erden, sie sind bei Gott, so wie Gott mit ihm." Jenisch über Gottesverehrung und kirchliche Reformen. Berlin, 1803 S. 152. Der Priester gibt diesen Segen, ohne etwas zu sagen. Wer erkühnet sich zu sprechen, wenn er den Herrn Himmels und der Erde in seinen Händen hält? Der Mund verstummt, laut spricht das Herz! Werden die Strahlen des Lichtes, der Gnade und der Erbarmung, die von dem Allerheiligsten ausgehen, nicht besonders des Priesters Herz treffen, ihm Muth einhauchen, ihn über die Erde erheben und mit heiliger Freude ob der Erhabenheit seines Amtes erfüllen?

De alio manuum ad Missam motu &c.

In Currendis XI. ex a. 1851. VIII. 1853. I. V. VI. VIII. et XI. 1854 ac I. III. IV. VII. et VIII. a. e. nec non in Cur. præsente plura de manuum motu in formandis crucibus ad Missæ Sacrificium, nec non cum thuribulo in Cur. VIII. IX. X. a. e. et III. a. c. Venerabili Clero suppeditabamus; nunc ad alium earum motum; utpote **extensionem, elevationem, junctionem, positionemq. super Altare** transgredimur, significatum ejus multiplicem enucleaturi.

A. Manus extenduntur ad humeros, elevantur, ac iterum ante pectus junguntur:

I. Ad *Oremus*, quotiescunq. profertur et ante Orationem: *Aufer a nobis*, quæ dicitur in ascensu graduum Altaris, junctis manibus ante pectus. II. Ad: *Gloria in excelsis* &c. III. Quoties ad populum profertur: *Dominus vobiscum*, quod quater contiagit: a) ante orationes; b) ante Offertorium; c) post communionem, et d) ante: *Ite Missa est;* vel *Benedicamus Dno;* vel *Requiescant in pace.* IV. Ad *Credo* jungendo illas ad *in unum Deum*, quæ verba jam manibus junctis dicuntur. V. Ad: *Veni Sanctificator* penes *Offertorium.* VI. Ad *Orate Fratres!* VII. Ad *Sursum corda* manus elevantur ante pectus, usq. dum profertur: *Gratias agamus Dno Deo nostro*; quæ adhuc paulo altius elevantur juxta Cæremoniale Papæ et junguntur ad *Deo nostro.* VIII. Ad *Te igitur* in principio Canonis. IX. Ad utrumq. *Memento.* X. Ad *fiat dulcissimi Filii Tui.* XI. Ad: *Benedicat vos omnipotens* jungendo eas ad *Deus.*

Observationes ad Rubricas praecedentes A.

I. Circa **junctionem manuum.** 1. quoad modum jungendi et 2. quoad significatum.

Ad 1. Juxta Missalis rub. resp. „junguntur manus **ante pectus** ita, ut digiti sint extensi ac juncti invicem, police autem dextro super sinistrum posito, in modum crucis, quod semper servatur, quando junguntur manus, præterquam post Consecrationem" et juxta Merati

Par II. Tit. 3. n. 1. „manus ita junctæ nec versus faciem, aut versus terram teneantur, sed directe ante pectus, versus Altare."

Ad 2. Hujus junctionis manuum **significatum** legimus in *Gavant.* Par. II. Tit. II. sub e) sequentem: „Meminit *Nicolaus Rom. Pontif. ad cons. Bulgarorum rescribens* de constrictis ante pectus manibus in oratione et ait; fieri *humilitatis gratia*, quia in Evangelio *(Math. 22. ligatis manibus)* reproborum manus ligari reperiuntur, quasi dicat orans: Domine! ne ligari præcipias, quia ecce jam eas ligavi et ecce! in flagella paratus sum... Item junctio manuum *devotionem* significat *Durand. Lib. 4. Cap. 7.* supplices etiam manus indicant, *supplicio destinatas* esse." Demum intuitu *vinculi pollicum* sub f) c. l. deprehendimus hæc: „Quadrat junctioni manuum secundum prædicta. Nam forma hæc et signum crucis excitant ad humilitatem et devotionem; et videtur hoc ritu quasi formari nodus vinculi manuum..." Claris. Amberger Tom. II. pag. 217 in manuum ante pectus junctione ignem *amoris* erga Crucis sacrificium, aliaq. Deo litanda quotidie.,. *e pectore prorumpentem* conspicit, disserendo: Die Hände hält der Priester vor der Brust gefaltet zum Zeichen der aus seinem Herzen hervorbrechenden Opferliebe, daher die Daumen in Kreuzesform übereinander gelegt werden."

II. De *extensione et junctione manuum* ante ascensum graduum Altaris post Confessionem *Gavant.* sub c) quoad sensum mysticum *Melchiorem Huelamum de Caerem. Missae* ita scribentem adducit: Extensione manuum quasi colligit sacerdos astantium corda; junctione quasi cogit eadem in unum ad orationem: unde et clara voce dicit: *Oremus* videlicet ante: *Aufer a nobis...*

Præclara desuper habet Dr. Amberger T. c. pag. 72. Wenn der Priester bei dem Wort: „Laßt uns beten" die Hände ausbreitet und wieder zusammenlegt, sammelt er gleichsam die Herzen der Gläubigen in seiner Hand, um sie zum Altar zu tragen so, daß der Ausdruck „mit reinen Herzen" an Bedeutung noch gewinnt. Das Wort „Allerheiligste" weiset wieder hin auf die wesentliche Einheit des Altars der streitenden und triumphirenden Kirche.

Rursus pag. 83 et 84 nimirum de *expansione* manuum versus populum; de *salutatione*: **Dnus vobiscum**; ac *responsione*: **Et cum spiritu tuo...** legimus: 3. Der Kollekte geht der Gruß vorher: „Der Herr sei mit euch;" ein Gruß, dessen im alten Testamente II. Paralip. 15, 2. Ruth. 2, 4. Meldung gethan wird, und womit in verschiedenen Wendungen der Weltapostel gewöhnlich seine Briefe schließet. Röm. 15, 33, Gal. 6, 18. Philipp. 4, 23. II. Thess. 3, 18. II. Tim. 4, 22. Ehe aber der Priester sich zum Volke wendet, küsset er den Altar und erscheint dadurch wieder „als Mittler zwischen Gott und den Gläubigen." Durand. L. c. c. 15. p. 74. Durch den Altarkuß vereiniget er sich, so innig als ihm möglich, mit Christus und der triumphirenden Kirche, und dann breitet er seine Arme ge'n die Gläubigen aus, um sie eben so innig mit sich, vielmehr durch sich mit Christus zu vereinigen. „Er bittet, daß der Herr mit ihnen sei, wie er spricht durch den Propheten: Ich will in ihnen wohnen, III. Mos. 26, 12. II. Kor. 6, 16. oder wie der Erlöser zu seinen Schülern und allen Gläubigen sagt: Ich bin immer bei euch; oder wie der Engel Maria die Gottesgebärin grüßte: Der Herr sei mit dir" Petrus Damiani. Lib. **Dominus vobiscum** c. III. Opp. t. III. p. 99. In Christus

werden Priester und Volk wahrhaft **Eines,** und ihr Gebeth wird wahrhaft eine **Kollekte.** Wie Christus am Kreuze hangend seine Arme ausstrecket nach allen Menschen; so möchte der Priester, unter dem Kreuze stehend, unter dem Kreuze Alle versammeln, er rufet die Gläubigen in das Vaterland; heranziehen möchte er sie in der Kraft des Herrn."

4. „Ihm erwiedert das Volk: Und mit deinem Geiste." Dank und Mahnung enthält diese Antwort. „Wenn die Kirche des Priesters heilsamen Gruß empfangen, betet sie zurückgrüssend, und grüsset zurückbetend, daß wie er es gewünschet, auch mit ihm der Herr sein möge. Mit deiner Seele sei der allmächtige Gott, damit du ihn für unser Heil würdig bitten könnest. Und es ist zu merken, daß die Kirche nicht sagt „mit dir" sondern „mit deinem **Geiste**, damit du wohl bedenkest, daß Alles, was bei dem kirchlichen Gottesdienste geschieht, in geistiger Weise geschehen müsse." Petrus Damiani L. c. p. 99. „Bei den furchtbaren Geheimnissen bringet, wie der Priester für das Volk, so das Volk für den Priester Gebete dar; denn dieses bezeichnen die Worte: „Und mit deinem Geiste" Chrisostomus in ep. ad Corint. hom. XVIII. T. X. coll. 527. „dieser Wechselgruß bedeutet, daß Eines sein sollen die Gesinnungen des Volkes und Priesters; Eines ihre Gefühle. Du willst jetzt für uns Gebete zum Herrn richten, weil aber Gott nur jene Gebete erhört, die aus gutem Herzen kommen, bitten auch wir für dich, daß jener, ohne den nichts gut ist, mit deinem Geiste, und daß der, welcher in deinem Munde ist, auch in deinem Herzen sei und in dir bleibe. Die Antwort des Volkes bezieht sich insbesondere auf **die Opferhandlung, bei welcher der Priester über Alles sich erheben und von allem irdischen Wesen gänzlich abgezogen sein muß.**" Durand. L. c. c. 14. p. 73. Wie müßte bei diesem Gegengruße des Priesters schamroth werden, welcher getrennt von Gott, ein Feind Gottes, ein ganz irdischer Mann am Altare steht! Wahrlich, wenn er diese Worte überlegt, wird er seinen Zustand nicht länger ertragen können, sondern reumüthig und bußfertig zu Christus zurückkehren! Aibrigens ist diese Antwort dem zweiten Briefe an Timothäus entnommen, welcher schließet: „Der Herr Jesus Christus sei mit deinem Geiste." II. Tim. 4, 22." Utinam vera erga populum charitate flammescant corda nostra; utinam pietate congrua refloreat facies nostra, quotiescunq. proferamus verba: *Dnus vobiscum!* utinam populus fidelis noverit sensum eorum ac sensum responsi: *Et cum spiritu tuo!* Utinam hæc reciproca salutatio fiat vinculi amoris mutui renovatio consolidatioq!

Idem *Gavant.* l. c, post o) ad Rubricam Missalis: **De Oratione...** in medium adducit hæc, quæ præscribunt *modum manus extendendi:* „Præter extensionem et junctionem manunm addit congrue *elevationem* earundem. Cærem. Episcop. lib. II. C. 8." Hæc elevatio in **Manuali** *Caeremoniarum Roman.* Varsaviæ A. D. 1842. Tom. 1. pag. 23. ita explanatur: Observa 1. quod cum Celebrans *extendit manus*, ut eas statim jungat, simul debet eas elevare juxta Cæremoniale Eppor. lib. 1. C. 19. et usum probatiorem; velut dum dicit: *Dnus vobiscum* ad populum conversus, aut *Oremus.., Gloria in excelsis... Credo... Veni Sanctificator...* et alia, quibus in casibus manus primum extendit, illas deinde tantisper elevat, hoc est: ad *altitudinem* duntaxat *humerorum...* juxta Rubricas Missal. Tit. IV. N. 3. Epp. Cærem. Lib. II. C. 7. jungitq. ante pectus, ut prius."

Hæc modica manuum post extensionem elevatio haud obscure innuere videtur, quod **1.** sacerdos penes salutationem: *Dnus vobiscum* fidelibus indicare intendat, ut **Dnus in altis habitans** sit cum iisdem sub Missæ sacrificio, eos a visibilibus ad invisibilia, altiora trahat; in pietate sublevet atque conservet... et

2. Ad *Oremus*, ut sursum ad Deum, Filiumq. Ejus attollamus manus et corda nostra &c.

Nunc oritur quæstio, in quantum manus expandere deceat.,. **Manuale Rituum** Christoph. *Hæflinger* ex a. 1843. pag. 15, expansionem ejusmodi ad *latitudinem corporis sui* præscribit.

B. Junctae manus super Altare ponuntur.

I. Ad *Oramus Te Dne!* usq. ad *quorum Reliquiae hic sunt* exclusive. II. Ad *In spiritu humilitatis.* III. Ad *Suscipe S. Trinitas.* IV. Ad *Te igitur Clementissime Pater* usq. ad *petimus* inclusive. V. Ad verba Consecrationis Hostiæ. VI. Ad *Supplices Te rogamus* usq. ad hæc verba: *ut quotquot* inclusive. VII. Ad 3. Orationes ante Communionem, et VIII. Ad: *Placeat Tibi Trinitas.*

Observationes ad Rubricas has sub B.

Juxta Rubr. Miss. manus junctæ super Altare ponuntur ita, ut digiti parvi dumtaxat frontem, seu medium anterioris partis tabulæ seu mensæ Altaris tangant, residuo manuum inter Altare et se retento (seu longioribus digitis super tabulæ partem superiorem collocatis) pollice dextro super sinistrum in modum crucis posito... de quo ritu in Gavant. loc. c. sub e) *Scot.* lib. III. C. 12. edicit: „Junctio manuum ad anteriorem et superiorem Altaris partem significat, Xtum fecisse *utraq. unum*..... i. e. e duobus populis: Judæis et Gentilibus unum Xtianorum populum Eph. II. 14.“ Audiamus desuper iterum Drem Amberger l. c. pag. 217. 218. Wenn er demüthig flehet, es möge das irdische Opfer mit dem himmlischen sich vereinigen und belebend und heilbringend für die Kirche werden, legt er geneigt die gefalteten Hände auf den Altar, und zwar so, „daß nur die kleinen Finger die Vordertheile des Altartisches berühren, wärend der übrige Theil der Hände zwischen ihm und dem Altare verbleibt,“ wodurch er offenbar als der Mittler erscheint, durch welchen die Opfer der Gläubigen auf den Altar gelegt und hinwiederum die göttlichen Gnaden ihnen zugewendet werden.

Casus liturgici.

1. Parochus quidam infantes oppidanorum honoratiorum omnes in eorum domibus privatis baptisat. Quæritur, num peccet? Resp. Parochus iste, baptisando infantes in ædibus privatis extra casum necessitatis sine expressa licentia Ordinariatus, graviter peccat, violat enim legem ecclesiasticam in re gravi. S. R. C. 23. Sept. 1820. (In can. 19 & 31 Conc. Trullani pœna depositionis in talem Clericum decreta est.) — Has sententias perpendant illi, qui plerumque commoditatis causa, in Sacristia, sub strepitu aut garrulitate ad hunc actum haud pertinentium, tantum Sacramentum citra claras Ritualis expressiones: Accedat ad limen Esiæ... Ingredere in templum Dei &c. &c. administrare non verentur.

2. Parocho cuidam simul tres infantes baptisandi offeruntur, qui, ut tempori parcat, dicit exorcismos et orationes super omnes in plurali, baptisat vero unumquemque more solito. Quæritur: num licite? Resp: affirmative, si singulos infantes separatim quoque ter exsufflat et signat, ad singulos adhibet porrectionem salis, tactum aurium et narium cum saliva, introductionem in ecclesiam, abrenuntiationis interrogationem, uti et fidei. Rit. Rom.

Josephus Alojsius,

Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae, die 12. Julii 1856.

PAULUS PIKULSKI, Cancellarius.